ELENCHVS
OPERVM
LEONARDI BRVNI
PHILOSOPHI ARETINI
BREVI EDENDORVM,

EX BIBLIOTHECA
PHILIBERTI DE LA MARE
SENATORIS DIVIONEN.



PHILIBERTVS DE LA MARE SENATOR DIVIONENSIS.

LECTORI, S.

Ruditorum votis merito expetitum hactenus, vt LEONARDI BRVNI Philosophi Aretini opera quà typis edita, quà nondum edita simul prodirent in lucê, cuius ea fuit doctrinæ fama, vt primo illo renascentium litterarum sæculo paucos admodum inuenias; quos illi iure possis comparare, neminem vero quem anteponas, ad tanti viri commendationem dixisse sufficiat, quod in Italia primus, *Paulo Iouio teste*, Græcarum litterarum decus à multis sæculis barbarorum immani tyrannide proculcatum erexerit atque restituerit; *quamobrem facturum me opera pretium putaui, si sparsa illius opera colligerem, & collecta publici iuris facerem; ne quid autem in hac editione, quam molior, desiderari posit, Elenchum eorũ quæ apud me extant edita vel Mss. placuit præmit-*

tere, quo & cõsilium meum palam tibi facerem, & hortarer vt si quæ delitescant apud te LEONARDI nostri Aretini opera alia ab ijs quæ hoc Elencho continentur, ea pro tuo in rempublicam litterarum studio benigne communices, breuique cures ad me transmitti, quod te etiam atque etiam rogo. Cæterum monitum te volui de varijs Græcorum auctorum scriptis ab illo in Latinum sermonem versis nullam à me hoc Elencho haberi mentionem, quandoquidem mihi constitutum est ab illorum editione prorsus abstinere, tum quia in immensam molem volumen excresceret, cum etiã tanti illa non sint, vt passim reperiri non queant. Vale, & si qua tibi sit rei litterariæ cura, LEONARDO nostro faue. Diuione vi. Kalend. Iunij M. DC. LIII.

ELENCHVS OPERVM LEONARDI BRVNI PHILOSOPHI ARETINI

BREVI EDENDORVM,

Ex Bibliotheca PHILIBERTI DE LA MARE Senatoris Divionensis.

Quæ Asterisco notantur nondum prodierunt.

HISTORICA.

* COmmentarius de Republica Florentinorum G. L. Ioanne Baptista Lantino, Senatore Diuionensi interprete. *Ex Ms. Cod. Bibliotheca Leonis Allatij, Patritij Romani, cum Cod. Regis Christianissimi collato.*

Rerum Græcarum Historia ad Angelum Acciajolum, Equitem Florentinum. *Ex editione Lugdunensi Lucij Annibalis Crucey.*

De bello Punico lib.II *Ex editione Augusto-Vindelica Bernardi Magnoaldi Vinda.*

Historiæ Florentinæ lib. XII. *Ex editione Argentoratensi Sixti Brunonis.*

Rerum suo tempore in Italia gestarum Commentarius. *Ex editione Lugdunensi Lucij Annibalis Crucey.*

* Vita Aristotelis ad Nicolaum Albergatum Cardinalem S. Crucis. *Ex Ms. Cod. Bibliotheca Ioannis Boherij Senatoris Diuionensis.*

* Vita M. Tullij Ciceronis. *Ex Ms. Cod. Bibliotheca Ioannis Boherij Senatoris Diuionensis qui pertinuit ad Petrum Medicem Cosmi F.*

* *Vita di Dante.* Ex Ms. Cod. Bibliothecæ Serenissimi Etruriæ Ducis.

Vita di Francesco Petrarcha. Ex Petrarcha rediuiuo Patauii edito, autore Iacobo Philippo Tomasino Æmoniensi Episcopo.

* De origine vrbis Mantuæ ad Ioannem Franciscum Gonzagam Mantuanorum Principem. *Ex Ms. Cod. Bibliotheca Regis Christianissimi.*

PHILOSOPHICA.

Isagogicon moralis disciplinæ, seu Dialogus de moribus ad Galeottum Riccasolanum. *Ex editione Ienensi Bernardi Glaseri collata cum Ms. Cod. Bibliotheca Iacobi Augusti Cheuanei I.C. Diuionensis.*

Explanatio in lib. II. OEconomicorum Aristotelis, ad Cosmum suum. *Ex editione Parisiensi Henrici Stephani.*

ORATORIA.

* Inuectiua contra Nicolaum Florentinum. *Ex Ms. Codice nostro.*

* Oratio nomine Antonini Elagabali Romanorum Imperatoris *Ex Ms. Cod. nostro.*

* Oratio in maledicum nebulonem. *Ex Ms. Codice Regis Christianissimi, in quo finis deest ab his verbis,* Primum igitur, *quare te rogo, Lector, vt orationis illius si penes te sit integra, copiam mihi facias.*

* Oratio pro seipso ad Præsides. *Ex Ms. Codice Regis Christianissimi.*

Oratio aduersus hypocritas. *Ex editione Coloniensi Fasciculi rerum expetendarum ac fugiendarum collecti ab Orthuino Gratio, collata cum Ms Codice Collegij Lugdunensis Societatis Iesu, cuius copiam nobis fecit Ioannes Bertetus ex eadem Societate.*

* Laudatio vrbis Florentinæ *Ex Ms. Codice Regis Christianissimi.*

* Laudatio Ioannis Strozzæ Equitis Florentini. *Ex Ms. Codice Regis Christianissimi.*

* *Discorso fatto à Nicolo da Tolentino Capitano di guerra del commune di Firenze quando riceuette il bastone.* Ex Ms. Codice Serenissimi Ducis Etruriæ.

* *Difesa del popolo di Firenze contra certi calumniatori della guerra di Lucca.* Ex Ms. Cod Serenissimi Etruriæ Ducis.

PHILOLOGICA.

* Dialogi II. de disputationum exercitationisque studiorum vsu & necessitate in litterarum genere quolibet ad Petrum Istrium, *horum prior ex editione Basiliensi, alter ex Ms. Codice Regis Christianissimi.*

De studiis & literis ad Illustrem fœminam Baptistam de Malatestis, *seu ut quidem Cod. Mss* ad Constantiam Sfortiam, *Ex Ms. Codice Ioannis Baptistæ Lantini Senatoris Diuionensis cum editione Lugduno-Batana collato.*

* De militia ad Reginaldum Albizium Equitem Florentinum *Ex Ms. Codice Regis Christianissimi.*

EPISTOLICA.

Epistolarum lib. VIII. *Ex editione Patauina anni 1485. quam procuratam à Iacobo Zena Episcopo Patauino sequemur veluti omnium principem* Lib. IX. addemus *ex Mss. Cadd. Petri & Iacobi Puteanorum Claudy FF. Ioannis Baptistæ Lantini Senatoris Diuionensis, Gabrielis Naudæi Artigiæ Prioris, & nostro.*

* *Lettere scritte da lui in nome del commune di Firenze.* Ex Bibliotheca Serenissimi Etruriæ Ducis.

APPENDIX AD EPISTOLAS.

Præfationes.
- In Procopium de bello Gothico ad Iulianum Cæsarinum Cardinalem S Angeli.
- In Sertorij vitam ex Plutarcho ad Antonium Luscū.
- In M. Antonij vitam ex Plutarcho ad Linum Collutium.
- In orationes Æschinis contra Ctesiphontem, & Demosthenis pro Ctesiphonte de Corona.
- In Basilij Homiliam de instituendis disciplinis ad Linum Collutium.
- In Xenophontis Tyrannum ad Nicolaum.
- In Aristotelis Ethica ad Martinum V. Pont Max. cum præmissione quadam ad euidentiam nouæ translationis.
- In Aristotelis Politica.
- In Aristotelis OEconomica ad Cosmum Medicem.
- In Ioānis Boccatij fabulam de Tancredo Salernitano Principe, eiusque filia Sigismūda ex Italico sermone in Latinū versam ad Bindacciū Riccasolanum.

Ex varijs Codd. quà editis, quà Mss.

[illegible]

